



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LXIII. Segnitie Sin Divino cultu detestanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

*Inuidus de-
mons peior.* rium, quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus in-
funditur, in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens con-
currit & imprimenda malitia pestem mouet de quo nimirum
scriptum est Sapient. 2. versic. 24. Inuidia Diaboli mors in-
troiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui sunt ex
parte illius. Sanctus Chryostomus homilia 44. ad An-
tiochen. inuidos asserit demonibus deteriores, quia
licet implacabile nobiscum bellum gerant, conforti-
bus tamen generis non insidiantur. Has ob causas
monet Apostolus Galat. 5. versic. 26. Non efficiamur in-
anis gloria cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et
Sanctus Petrus 1. epistola cap. 2. versic. 1. 2. Inuidi fu-
giendam consuetudinem hortatur Salomon Prouer.
23. versic. 6. Sapient. 6. versic. 25. De hoc Conc. Carth.
4. cap. 60. & habetur distin. 46. c. 7. Clericus inui-
dens fratrum praefectibus, donec in vitio est,
non promoueatur.

G A P. LXIII.

SEGNITIE SINDI VINO
cultu detestanda.

Quid acedia §. **A**Cedia siue remissi animi ad benè operandum
languor & tristitia de spiritali re perficienda
Ecclesiastico viro, omnibus modis fugienda; vt qui
non ad delicatam & voluptuariam sponfi, sed ad ope-
rosam & semper aliquid piè molientem vitam Christi
Domini, non ad otium, sed negotium, non ad torpo-
rem, sed laborem, non ad inertiam, sed industriam
vocatus sit. Elegi vos, inquit Dominus Ioannis 15. ver.
16. & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vestri
maneat. Non sinit Christus vt Clerici stent tota die oti-
osi, & multo minus in peccatis negotiosi, neque dice-
re pos-

*Acedia Cle-
ricorum vo-
cationi re-
pugnans.*

re possunt, Nemo nos conduxit, cum amplissimis pro-
uentibus, & nimis magno ad Domini vineam exco-
lendam conducti sint, accepturi & æternæ felicitatis
denarium, si nauiter laborauerint Matth. 20. Non
quasi fuci alienis pascantur laboribus, aut existiment,
quod citra arationem & messem dormientibus omnia
conficiet Deus.

§ Feriæ sunt Ecclesiasticis, sed vt à prauis & manua-
libus ferientur operibus, vacent autem & incumbant ^{ignauis feriæ}
cælestibus & diuinis. Temporale beneficium donatur ^{per feria}
propter spiritale officium, vt qui altari deseruiunt cum al-
tari participant. 1. Corinth. 9. versicul. 13. Hortabatur in
Timotheo quemlibet Clericum Apostolus 2. Timot.
2. versicul. 3. *Labora sicut bonus miles Christi Iesu.* Et 2.
Thessal. 3. versic. 10. *Si quis non vult operari, nec mandu-
cet.*

§. Nec à doctrina ipsius factum dissidebat. Actor. ^{Non igna-}
20. versicul. 33. 34. 35. *Argentum & aurum & vestem nul-* ^{uus sed na-}
lius concupiui. Ipsi scitis quoniam ad ea, qua mihi opus erant, ^{uus Aposto-}
& his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Omnia ^{lus.}
ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos,
ac meminisse verbi Domini Iesu (quemadmodum ipse dixit: Be-
atius est magis dare, quam accipere. 1. Corinth. 15. versic. 13.
Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non
fuit, sed abundantius illis omnib. laboraui: non ego autem, sed
gratia Dei mecum. 1. Thess. 3. versic. 9. Memores estis fratres
laboris nostri, & fatigationis nocte & die, ne quæ vestrum gra-
uaremus, predicauimus in vobis Euangelium Dei. Quod
& repetit 2. Thessal. 3. versic. 8.